




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Die XXVI. Novembris. Festum S. Silvestri Abbatis.


Paderbornae, ca. 1794

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60459)

IUV
1510
-A







A
P
r
o
a
C
n
d
d
t

DIE XXVI. NOVEMBRIS.
FESTUM
S. SILVESTRI ABBATIS.

Duplex minus,

pro univ. Eccl., ex Decr. S. R. C.

die 18. Febr. 1794.

Omnia de Communi Conf. non Pont.
praeter ea, quae sequuntur.

ORATIO.

Intercessio nos etc. ex Comm. Abbat.

IN I. NOCTURNO.

Lectioes de Script. occurr.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Silvester Auximi in Piceno nobili genere
ortus, statim puerilem aetatem literis ac
bonis moribus mirifice exornavit. Ado-
lescens Bononiam ad studia Jurispruden-
tiae missus a patre, cum sacris Literis,
a Deo monitus, dedisset operam, parentis
incurrit indignationem, quam aequo ani-
mo toto decennio pertulit. Ob egregiam
ejus virtutem a Canonicis Cathedralis Auxi-
manae

manae Ecclesiae socius honoris electus est,
in quo munere populo orationibus, exem-
plo, et concionibus opem tulit.

R. Honestum fecit etc.

Lectio V.

Inter funus nobilis cujusdam defuncti,
in aperto tumulo formosi viri, sui que
propinqui deforme cadaver conspiciens:
Ego, inquit, sum, quod hic fuit; quod
hic est, ego ero. Et mox peracto funere,
illa sibi Domini occurrente sententia:
Qui vult venire post me, abneget semet-
ipsum, et tollat crucem suam, et sequa-
tur me, in solitudinem majoris perfec-
tionis studio secessit, ibique vigiliis, ora-
tionibus, jejuniisque deditus, crudas tan-
tum herbas in cibum saepius adhibuit.
Ut autem magis lateret homines, varias
mutavit sedes; ac demum pervenit ad
montem Fanum, locum, quamvis prope
Fabrianum, eo tamen tempore desertum;
ibique in honorem sanctissimi Patris Be-
nedicti templum erexit, Congregationis-
que Silvestrinorum fundamenta jecit sub
regula et habitu, in visione sibi ab eo-
dem Sancto ostensis.

R. Amavit eum etc.

Lectio

ill
m
v
n
n
r
e
l
r
a
r
f
l
v
f
c

Lectio VI.

At invidens Satanas, variis terroribus illius monachos turbare nitebatur; noctu monasterii januas hostiliter invadens: sed vir Dei hostis impetum ita repressit, ut monachi in sancto instituto magis confirmarentur, ac Patris sanctitatem agnoscerent. Spiritu prophetiae, aliisque donis enituit; quae ut semper profunda humilitate conservavit, ita contra se Daemonis invidiam concitavit, a quo praeceptus actus per scalas Oratorii, et prope interrimendus, praesentissimo Virginis beneficio incolumitati redditus est. Quod beneficium perpetua et singulari in illam pietate commendavit ad ultimum usque vitae spiritum, quem fere nonagenarius, sanctitate et miraculis clarus, Deo reddidit anno salutis millesimo ducentesimo sexagesimo primo, sexto Calendas Decembris. *R.* Iste homo etc.

IN III. NOCT. Hom. in Evang. Ecce nos reliquimus omnia, ut in Comm. Abbat.

Missa: Os justis, de eod. Comm. Abbat.

Cum permisso Superiorum.


Paderbornae, typis et sumpt. J. W. Junfermann.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

06
111
1510
-A




17/10119





Buchbinderei
J. Blasberg
Meisterbetrieb
62331 / 45739

28. NOV. 2017



UNIVERSITÄT PADERBORN

P
06

KONVOLUT SEQUENTIUM FESTORUM